INNOCENTIVS PP. X, Charissimo in Christo filio nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. ad universalis Ecclesia regimen, meritis, licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ iudicio vocati; piorum, & de orthodoxa fide, sanctaquè Sede Apostolica optimè meritorum Regum votis libentèr annuimus, pro ut rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicimus, in Domino salubriter expidere. Cum itaque sicut Maiestatis tuæ nomine nobis nuper expositū fuit, Laici sub diti tuorum Regnorum Castellę, & Legionis in eorum Comitijs, seu Curijs infrascriptum subsidium Maiestati tuæ pręstare promptè obtulerint, & ad prædictum effectum consenserint impositioni gabellarum, seu sisarum super vino, aceto, oleo, & carne, scilicèt octavę partis specierum, vel prætij vini, aceti, & olei, ac ultras sisas super carne antea impositas, & trium Regalium pro quolibet capite pecudum, triumque marapetinorum pro qualibet libra carnis, quæ minutatim venditur, sex decimq; marapetinorum, pro qualibet mensura (Arroba nuncupata) vini sisati, alteriusque marapetini, pro qualibet mensura (Açumbre nuncupata) vini etiam sisati, ac sexdecim marapetinorum pro qualibet mensura olei (arroba nuncupata) ac quatuor marapetinorum pro qualibet libra candelarum de sebo, ac saponis, vel alias verioribus quantitatibus impositarum, & auctarum, quæ sunt exigendæ, & percipiendę durante sexennio incepto á prima die mensis Augusti pręsentis anni M. DC. XLIIII. nempè pro summa decem, & novem millionum, cum dimidio alterius millionis, ad rationem trium millionum, & ducentorum quinquaginta millium ducatorum monetę Hispaniæ quolibet anno prædicti sexennij solvend. ex prędictis gabellis, & sisis super prædictas rerum species (ut præmittitur) impositis, & auctis, ita ut omnes, tám laici, quàm Ecclesiastici prædictorum Regnorū non solum ementes, & vendentes, sed etiam illi, qui prædictas rerū species percipiunt ex proprij terrenis, vel affictibus, aut respectivè emunt in uvis, vel olivis, seu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu aliàs ex quovis alio redditu, & introitu habent, & consumunt, ita ut omnes laici cuiuscumque gradus, status, cōditionis, & pręeminentię ad id subsidium contribuere, ac gabellas, & sisas huiusmodi solvere deberent, neque ullus laicus immunis esset, aut exemptus: Ecclesiastici quoque eorundem

Regnorum, si & postquam nostra, & huius Sanctæ Sedis licétia, seu approbatio accesserit, in subsidio huiusmodi, scilicet in prædictis gabellis super eisdem speciebus impositis, & auctis contribuere, gabellasque, seu sisas prędictas iuxa litterarum nostrarum in forma Brevis super prædicta licentia, seu approbatione expediendarum formam, continentiam, & tenorem, persolvere debe- rent. Id circo pro parte eiusdem Maiestatis tuæ fuit nobis humiliter supplicatum pro approbatione oneris Cleri, Ecclesiarum, locorumque piorum, & personarum Ecclesiasticarum ad contribuendum in prædicto sexennio incepto à prędicto mense Augusti proximè præteriti, & ut sequitur, usque ad mensem Augusti M. DC. L. finiendo in prædictis sisis, & gabellis, iam, ut prędmittitur, impositis, & auctis, pro solutione prædictorum millionum decem, & novem, cum dimidio alterius millionis, attento, quôd, ut Maiestas tua asserit, hactenus auctum fuerit, & de præsenti agatur de communi defensione, & interesse, tàm laicorum, quàm Cleri, Ecclesiarum, locorum piorum, & personarum Ecclesiasticarum prędictorum Regnorum, quodque facultates laicorum, ad summam prædictam conficiendam, ea, qua expedit celeritate infra tempus oportunum, non sufficerent. Nos igitur, nedum promptam, & obsequentem eorumdem laicorum subditorum tuorum erga te oblationem, sed etiam Maiestatis tuæ, erga fidé Catholicam zelum commendantes, ac ad ingentes sumptus, qui bus Maiestas tuas, ob assidua, quæ pro defensione Fidei Catholicæ, tuorumque Regnorum, & Dominiorum iugiter in pluribus Orbis partibus sustinet, bella, paternæ dirigentes considerationis intuitum, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prævia etiam, quatenus foret opus, respectu forsam exactorum, scilicét à prædicta prima die Augusti præsentis anni, absolutione â quibuscumque censuris, & pœnis, quam tenore pręsentium cō cedimus: volentes Maiestatem tuam favore prosequi gratioso, Clerum, omnesque, & singulas Ecclesias, loca pia personasque Ecclesiasticas, tàm seculares, quâm cuiusuis Ordinis, etiam excépti, etiam Societatis Iesu, & Apostolicę Sedi immediatè regulares: necnon Monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula quarumcumque Ecclesiarum Regnorum Castellę, & Legionis prędictorum, ac in eisdem Regnis commorantium, & respectivè consisten. ad conferendum, & contribuendū pro eorum rata, ad instar laicorū, in dictis gabellis, seu sisis, quoad

prædictam

prędictā summam dumtaxat decem,& novem millionum cum dimidio alterius millonis prædictorum ducatorum monetæ illorum Regnorum, mediante scilicet solutione prædictarum gabellarum, seu sisarum in prędicta quantitate tantum, & super prędictis rerum speciebus dumtaxat in dictis Regnis colligendis,& consumendis, ut præmittitur, impositarum durante prędicto sexennio dumtaxat â mense Augusti proximè prępteriti, ut pręfertur, inchoato: & ut sequitur finiendo, & non ultra teneri, & obligatos esse, non tamen quoad prædictas rerũ species, quas Clerus Ecclesię, & loca pia prædicta, ac personæ Ecclesiasticæ prædictæ ex proprijs terrenis, seu decimis, aut alijs quibuscumque redditibus proprijs, per se, vel alios etiam affictuarios; suos, vel etiam ex elemosynis percipiunt,& pro divino cultu, seu proprijs, vel familiarũm suarum usibus consumunt, pro quibus omninò immunes,& exempti sint: & elapso prędicto sexennio, exactio respectu Ecclesiasticorum cesset: & nullatenus quovis prætextu, vel causa continuari posit: etiam si integra summa prędictorum decem,& novem millionum, cum dimidio alterius millionis huiusmodi, adhuc non fuisset exacta: quodque si ante Sexenij huiusmodi finem, summa decem,& novem millionum cum dimidio alterius millionis ducatorum huiusmodi confecta fuerit, Ecclesiasti prædicti amplius contribuere,& dictas gabellas, seu sisas, ut præmittitur, solvere non debeat, sed præsens gratia expiret: nullaque sit, eo ipso: Quodque Clerus, Ecclesię, loca pia,& personæ Ecclesiasticæ prędictæ, durante prędicto sexenio non posint gravari ratione cuiusvis alterius novi augmẽti pręd ctarum gabellarum,& sisarum super eisdẽm, ac novæ impositionis aliarum gabellarum,& sisarum, super quibuscumque rerũm speciebus. Nec etiam propoitionibus, juros nuncupatis de laicorum tantum consensu aliàs erectis,& impositis eorumque fructibus (ita tamen, quod non eximantur à pręsenti contributione, vel in aliqua illius parte iuxta formàm aliarum nostrarum litterarum super aliorum exactorum absolutione expeditarum sub die hesterna) nisi, si & postquam beneplacitum nostrũ, seu á successoribus nostris, concessum fuerit: aliàs in quolibet casu contraventionis, quilibet contraveniens, eo ipso absque alia declaratione sententiam excommunionis maioris incurrat, & ad restitutionem illius, in quo excesserit, teneatur, tenore earumdem præsentium decernimus, & declaramus. Volentes etiam, quod omnes,& singuli Ecelesiastici prædicti solvere recusantes,

 opportunis

opportunis,& facti remedijs per ordinarios Ecclesiasticos loco-
rum tantum ad solutionem huiusmodi cogantur, non autem co
ram iudicibus laicis, sivé exactoribus earumdem gabellarum, si-
vè sisarum, neque quibusvis alijs iudicibus laicis, aut Ministris
sub pœna excommunicationis maioris, aut alijs pœnis à Sacris
Canonibus,& constitutionibus Apostolicis inflictis, & commi-
natis ipso facto, sine alia declaratione incurrendis (á quibus á ne
mine præterquam à nobis, & Romano Pontifice pro tempore
existente absolvi, etiam vigore quorumcumque privilegiorum
Apostolicorum, etiam Cruciatę sanctæ nequeát) conveniri nul-
lo modo possint, seu debeant, sed á prædictis ordinarijs Ecclesias
ticis tãtum ad solutionem huiusmodi compelli valeant, quibus
ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ ac suspensionis à Di-
vinis, necnon omnibus,& singulis eiusdem Maiestatis tuę Offi-
cialibus,& Ministris cuiuscumque status, gradus, conditionis,
dignitatis,& præeminentiæ fuerint, ac alijs quibuscumque etiã
speciali nota dignis, etiam Apostolicæ Sedis Delegatis, & Com-
missarijs, etiam Cruciatæ prædictæ, cæterisque omnibus alijs ad
quos quomodolibet spectabit, sub prædictæ excommunicatio-
nis maioris pœna, ut præmittitur, eo ipso incurrenda districtè
præcipiendo mandamus, ut Divini iudicij memores, ne Eccle-
sias,& alia prædicta, ac Clerum,& Ecclesiasticos indebitè, neque
ultra, præter, aut contra continentiam, & tenorem præsentium
nostrarum litterarum gravent quomodilibet, nec á quoquam
gravari permittant, & nedum contra quoscumque contra-
venientes, & quomodolibet in observantes ad sententiarum
censurarum, & pœnarum prædictarum declarationem, et pro-
mulgationem respectivè, sed etiam contra eosdem Ecclesiasti-
cos, et Regulares, etiam exemptos, nobisque, et Apostolicæ Sedi
immediatè subiectos etiam Societatis Iesu solvere recusantes ad
quamcumque simplicem eorumdem exactorũ requisitionem,
etiam executivè, ac quacumque appellatione remota, auctorita
te nostra procedant. Volumus autẽ, quód istud subsidium respec
tu contributionis Cleri, Ecclesiarum, locorum piorum, ac perso-
narum Ecclesiasticarum prædictorum Regnorum, scilicet, decẽ,
et novem millionũ prædictorũ ducatorũ, cum dimidio alterius
millionis succedat loco quorũcũque onerũ, gravaminũ, et impo
sitionũ prædictorũ, etiã pro militibus, et alijs quibuscũq; impo-
sitorũ, ac etiã loco quorũlibet aliorũ subsidiorũ super millioni-
bus per fœlicẽ recordationẽ Vrbanũ Octavũ prędecessorẽ nos-
trũ, aliosque prędecessores nostros hactenus approbatorum, et
concesso-

concessorum,& a nobis per prædictas nostras litteras condonatorum, ita quôd illorum vigore post lapsum præsentis mensis Decembris,præsentis anni M.DC.XLIIII.nihil amplius à Clero,nec á quoquam Ecclesiarum,locorum priorum,& Ecclesiasticorum prædictorum exigi posit,quôdque pecuniç ex prædictis subsidijs,& gabellis,seu illis,ut prçmittitur, á dictis Ecclesiasticis exigendç,in prædictos,& non in alios usus convertantur:super quo eiusdem Maiestatis tuæ conscientiam oneramus. Decernentes præsentes litteras,validas,firmas,& efficaces existere, & fore,sicque,& non aliter,quovis prætextu, ratione, vel causa per quoscumque iudices ordinarios,& delegatos,etiam causarũ Palatij Apostolici,Auditores, sublata quacumque omnibus,& singulis cuiuscumque status,gradus,conditionis qualitatis præèminentiæ,& dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, etiam indi viduá mentione dignis quodmodolibet in contrarium iudicandi,definiendi,interpretandique facultate,& auctoritate iudicari,interpretari,& definiri debere,ac irritum,& inane,si secus super his á quoquam,quavis auctoritate,scienter,vel ignoranter contigerit attentari:non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,etiã in generalibus Concilijs editis privilegijs quoque,indultis,& litteris Apostolicis Ecclesiasticis, Regnis, personis,Capitulis Monasterijs,Conventibus,Collegijs,& alijs prędictis,sub quibuscumque tenoribus,& formis, ac cum quibusvis,etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatiori bus, efficacisissimis,& insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere,vel in specie,ac aliâs in contrarium quomodolibet concessis,confirmatis,& innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione,de illis, eorumque toto tenore specialis specifica,expressa,& individua,ac de verbo ad verbum,non auutem per clausulas generales idem importantes,mẽtio,seu quævis alia expresio habenda esset illorum tenoribus præsentibus, pro plené, & sufficienter expresis habentur, illis aliâs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter,& expresse derogamus:cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autẽ præsentes nostrę litteræ, cũ opus fuerit,ad omnem notitiã facilius devenire posit,decernimus,ut earũ exẽplis etiã impresis manu alicuius Notarij publici subscriptis,& sigillo personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,eadẽ prorsus fides in iuditio,& extra adhibeatur,quæ pręsentibus ipsis adhiberetur,si forent exibita,vel ostensa. Datæ Romæ apud

Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIII. Decembris M,DC.XLIIII. Pontificatus nostri Primo. M. A. Maraldus.

Este es un traslado bien, y fielmente sacado de un Breve original; concedido por Nuestro muy Santo Padre Inocencio Decimo, a instancia del Rey Don Felipe Quarto nuestro señor, que me fue exhibido por el señor Manuel Cortizos de Villasancte, Cavallero de la Orden de Calatrava, del Cõsejo de su Magestad en su Contaduria mayor de Quentas, y de la junta de la Administracion de Millones, para efecto de le sacar, aquiẽ bolvi el original, y va cierto, y verdadero, y concuerda con el, a que me refiero, y va sellado con el sello de las armas del señor Doctor Dõ Alonso de la Palma, Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Vicario General desta dicha Villa, y su partido, y a su instancia di el presente. En la Villa de Madrid a diez dias del mes de Otubre de mil y seiscietos y quarẽta cinco años. Y en fe dello, yo Pedro de Torres Notario publico de la Audiencia Arçobispal desta dicha Villa Lo signé, y firmè. En testimonio de verdad. Pedro de Torres Notario.

Concuerda con un traslado del Breve original de su Sãtidad de que arriba se haze mencion, de donde fue sacado, corregido, y concertado, bien y fielmente de que doy fee, que para efecto de dar este traslado ante mi exhibiò Gaspar de Torres, Escrivano del Rey nuestro señor, y de la administracion de Millones desta Ciudad, y lo bolviò a llevar en su poder, y lo firmò, y de pedimiẽto del señor D. Geronimo Antonio de Medinilla y Porre, Cavallero de la Orden de Santiago, del Consejo, y Contaduria mayor de Quentas de su Magestad, y su Administrador General de los Reales servicios de Millones de esta Ciudad, su Provincia, y Reynado, di el presente. En Sevilla a veinte y seis de Otubre de mil y seiscientos, y quarenta y cinco años. Y assi mismo doy fee, que va sellado con el sello del señor D. Geronimo Zapata Guevara Arcediano de Reyna, y Canonigo en la Sancta Iglesia desta dicha Ciudad, Iuez Apostolico, y Synodal en ella, y su Arçobispado. Gaspar de Torres. E fize mi signo. En testimonio de verdad. Don Laureano de Caraccel Notario Apostolico.

INNOCENTIVS PP. X, Charissimo in Christo filio nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem, ad universalis Ecclesia regimen, meritis, licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ iudicio vocati; piorum, & de orthodoxa fide, sanctaquè Sede Apostolica optimè meritorum Regum votis libentèr annuimus, pro ut rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicimus, in Domino salubriter expidere. Cum itaque sicut Maiestatis tuæ nomine nobis nuper expositũ fuit, Laici subditi tuorum Regnorum Castellę, & Legionis in eorum Comitijs, seu Curijs infrascriptum subsidium Maiestati tuæ pręstare promptè obtulerint, & ad prædictum effectum consenserint impositioni gabellarum, seu sisarum super vino, aceto, oleo, & carne, scilicèt octavę partis specierum, vel prætij vini, aceti, & olei, ac ultras sisas super carne anteà impositas, & trium Regalium pro quolibet capite pecudum, triumque marapetinorum pro qualibet libra carnis, quæ minutatim venditur, sexdecimq; marapetinorum, pro qualibet mensura (Arroba nuncupata) vini sisati, alteriusque marapetini, pro qualibet mensura (Açumbre nuncupata) vini etiam sisati, ac sexdecim marapetinorum pro qualibet mensura olei (arroba nuncupata) ac quatuor marapetinorum pro qualibet libra candelarum de sebo, ac saponis, vel alias verioribus quantitatibus impositarum, & auctarum, quæ sunt exigendæ, & percipiendę durante sexennio incepto á prima die mensis Augusti prętentis anni M. DC. XLIIII. nempé pro summa decem, & novem millionum, cum dimidio alterius millionis, ad rationem trium millionum, & ducentorum quinquaginta millium ducatorum monetę Hispaniæ quolibet anno prædicti sexennij solvend. ex prędictis gabellis, & sisis super prædictas rerum species (ut præmittitur) impositis, & auctis, ita ut omnes, tám laici, quàm Ecclesiastici prædictorum Regnorũ non solum ementes, & vendentes, sed etiam illi, qui prædictas rerũ species percipiunt ex propijs terrenis, vel affictibus, aut respectivè emunt in uvis, vel olivis, seu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu aliàs ex quovis alio redditu, & introitu habent, & consumunt, ita ut omnes laici cuiuscumque gradus, status, cõditionis, & prçeminentię ad id subsidium contribuere, ac gabellas, & sisas huiusmodi solvere deberent, neque ullus laicus immunis esset, aut exemptus: Ecclesiastici quoque eorundem

 Regnorum